

POLYDORI RIPÆ MEDIOLANENSIS I. C.

Olim in Pisano, Nunc verò in Ticinensi Gymnasio
Iuris Ciuilis Interpretis Ordinarij

TRACTATUS DE NOCTVRNO TEMPORE,

In quo absoluta Criminalium Praxis, Canonicaq; Materia,
Beneficiorum præcipuè continentur.

Contractus etiam, Seruitutes, Iudicia Ciuilia, Vltimæ Voluntates,
ad susceptam prouinciam obseruantur.

Pleraque tandem alia tumultuaria subiiciuntur.

Receptæ Doctorem Sententiæ hoc signo * notantur.

INDEX PRÆTEREA TITVLORVM DVPLEX ADHICITVR,
Ordinarius prior, posterior Alphabeticus.

*Postremò, Rerum etiam, & verborum Summa duplices, & breuiores, & locupletiores,
In cuiuslibet vsu accommodantur.*



VENETIIS, MDCII.

Apud Petrum Mariam Bertanum.

Illustris.^{mo} & Reuerendis.^{mo} D.

D. IO. BAPTISTÆ
ARCIMBOLDIO,

Viro Patricio Mediolanensi,

ABBATI DIGNISSIMO,

Vtriusque Signaturæ Referendario, mox Camera
Apostolicæ Clerico,

POLYDORVS RIPALCPE.



*S*CIVNT omnes, Prasul Illustrissime, AR-
CIMBOLDIAM familiam fontem quēdam
inexhaustum, ac seminarium fecundissimum fuis-
se semper, ex quo religiosissimi creati fuerint Anti-
stites, Principes Serenissimi sint exorti, doctissimi

prodierim J. C. fortissimi Duces effluxerint. Nec enim potui librū
quempiam, vel à limine salutare, quod aiunt, si tamen ibi de præ-
claris heroibus actum est quicquam, quin statim occurrerint JO.
ARCIMBOLDIVS S. R. E. Cardinalis, GUIDO AN-
TONIVS, OCTAVIANVS, JOANNES ANGE-
LVS, quatuor ex hac familia omnes Mediolanensis Ecclesiæ Ar-
chiepiscopi, ut alios omittam Antistites, Episcopos, ceterosq; Prasu-
les, quos omnes de Sancta Dei Ecclesia optimè meritos inscripti quo-
que Archiepiscoporum Aula Mediolanensis parietes testantur
adhuc, semperq; testabuntur. Nec enim ego historiam contexo, sed
epistolam scribo. Reges præterea, Duces, Comites, aliq; Principes
innumeri, qui se, velex ARCIMBOLDIA familia originē
duxisse gloriati sunt, & aliqui superstites adhuc gloriantur, vel cen-

POLYDORI RIPÆ
MEDIOLANENS. I.C.

IN TICINENSI GYMNASIO

Iuris Ciuilis Interpretis Ordinarij

De Nocturno Tempore

Tractatus.



NOX QUID SIT. CAP. PRIMVM.

SUMMARIVM.

1. Definitio in omni negotio pramittenda, & quare.
2. Definitio duplex, alia quid nominis, alia quod rei, & qua sit earum vnaquaq.
3. Definitio quid rei est in duplici differentia, strictior & liberior.
4. Noctis definitio penes effectus congruentes. Interdum à silentio, ibid. Interdum à somno, num. 5. Interdum à curis, qua nocturno tempore aguntur, num. 6. Interdum à curis qua nocturno tempore lenisuntur, num. 7.
8. Noctis definitio penes effectus necessarios. Interdum à siderum multitudine, ibid. Interdum ab umbru, num. 9.
10. Definitio ab effectu necessario, & immediato vera definitio.
11. Noctis definitio penes effectus mixtos.
12. Luna lumen quo effectus mixtus dici possit.
13. Nox est umbra terra ex communi.
14. Noctis à terra genita cur fabulenter poeta.
15. Umbra terra non nox, sed noctis causa ex Cicerone, Et male, nu. 16.
17. Nox est solis privatio ex Spensippo.

18. Dies est positio lucis ex Natta.
19. Nox est privatio lucis ex eod.
20. Nox ab Authore nouissimè definita, noctisq. definitio declarata.
21. Nox est spacium tenebrarum, & Dies est spacium lucis ex Natta, quomodo intelligendum.
22. Noctis & varia, & metaphorica acceptio.

ARGVMENTVM.

Nox penes effectus congruentes, necessarios, & mixtos descripta; Mox penes essentiam ex varijs variè, nouissimè etiam ab Authore definita. Tandem illius, & multiplex, & metaphorica acceptio obseruata.



VONIAM omnis, quæ à ratione suscipitur de aliqua re institutio, debet à definitione proficisci, ut intelligatur, quid sit id, de quo disputatur, ut voluit Cice. in princ. Officiorū

A vers.

R

EBVFVS in l. quod iussit, in ult. notabili, numa 6. vers. Potest etiam præcipere ff. de re iud. postea quam dixit posse præcipere iudicem, vt actus perficiatur, priusquam candela extinguatur ex capit. cum in veteri, circa princip. de elect. & ibi Bald. Luc. de Penna in l. iubemus, col. 4. C. de erog. milit. annon. lib. 12.

2 subiicit notandum ex vtriusq; quod, si vento extingueretur candela, actus non diceretur profectus, & dicit se ita vidisse obseruari, & in locatione fructuum, quandoq; in licitationibus. Quod tamè

3 apud me t maximam habet difficultatem, nec enim ignauius actum est quicquam, quia ex accidente extincta fuerit candela ventorum vi; erat ergo in

potentiori significato, iuribus vulgatis, intelligendum illud Iudicentis præceptum de extinctione naturali per defectum causæ materialis. Quicquid sit.

Videtur nobis præclara occasio oblata, vt videamus, an quæ dicta sūt de Nocturno tempore per regularem Solis occasum, sibi etiam assumant locum diurnis horis, si sol Eclipseetur.

Distinguendum autem existimo, vt, aut simus in iis, quæ præ se ferunt Principis contemptum, qualis est armorum delatio, aut in iis, quæ norma iuris neglecta ad falsitatis præsumptionē accedunt, quale est testamentum, & alia eiusmodi. Primo itaq; casu t dixerim non eandem esse rationem nocturni temporis, & defectui solis. Posteriore nihil in

- 1
- 2
- 3
- 4
- 5

Laus D. O. M. ac B. M. V.



